



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

VII. De ordinato qui vitam forisfaciat. Desideratur in Sax.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

vel fornicetur, emendet sicut factum erit sic vveram, sic vvitam, sic lashlite, & erga Deum saltem emendet iuxta sanctorum Canonum doctrinam, & plegium faciat inde, vel mittatur in carcerem.

## IV.

Et si presbyter populum suum misdoceat de festo vel ieunio, reddat 30. solidos cum Anglis, & cum Dacis 3. dimidias marcas.

## V.

Si presbyter ad rectum terminum sanctum chrisma non perquirat, vel baptismum perneget ei cui necesse sit, reddat vvitam cum Anglis, & cum Dacis lashlite, id est 12. oras. Et de sublegereis sapientes instituerunt, vt rex habeat superiorum, & episcopus inferiorem, nisi dignius emenderetur pro Deo & pro saeculo iuxta modum facti, sicut episcopus docebit.

## VI.

Si duo fratres vel duo cognati cum vna aliqua fornicentur, emendent in omni mansuetudine, sicut eis permittetur; sit vvita, sit lashlite, secundum modum facti.

## VII.

† Hoc non  
repetitur  
in Saxonico,  
aut  
in fædere  
Edvardi  
apud Lamb.

† Et si ordinatus homo se forisfaciat, in morte plectendis actibus exsuperetur, & episcopi iudicio referuetur.

## VIII.

Et si quis reus mortis profiteri desideret sacerdoti, nuncquam negetur ei, & omnes rectitudines Dei pacificantur sedulo per Dei misericordiam, & per vvitam quam sapientes addicent.

## IX.

† id est, nū-  
mum Ro-  
manum,  
vel dena-  
tum sancti  
Petri.

Et si quis decimam contra teneat, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis † Romfeih supernet, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis non reddat symbolum luminis, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis Dei rectitudines aliquas disforciet, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si contra stet vt hominem vulneret, de vvita componat. Si aliquem deiiciat in mortem, sit vtлага vt exlex, & persequatur eum cum clamore omnis qui rectum